

iudex Loysius de Angelis

28

Basilicata University Press

—

Digital Humanities

Edizioni e data-bases digitali
sotto la direzione di Fulvio Delle Donne

iudex Loysius de Angelis

28

1467-03-22

† In nomine Dei eterni et salvatoris nostri Iesu Christi amen. Anno a nativitate eiusdem millesimo quadrigentesimo sexagesimoseptimo. Regnante... Ferdinando Dei gratia Sicilie, Ierusalem et Hungarie rege, regnorum... eius anno nono,... mense Martii, die vicesimosecundo eiusdem, quintedecime indictionis, Mathere.

Nos Loysius Thomasii Nicolai de Angelo de Mathera per provinciam terre Ydronti tantum reginali auctoritate ad contractus iudex, Nicolaus notarii Eustasii de Mathera, publicus ubilibet per totum regnum Sicilie reginali auctoritate notarius, Valentinus Cicci de Gaptyno, Loysius Morelli de Altamura, Antonius Cicci de Guercio, Nicolaus magistri Ley, Pascalis Antonii de Nello et Leo Nicolai magistri Ley, testes... de eadem civitate,... fatemur... quod... constitutis Andrea Iohannucii Iohannis Buccardi de Mathera... et Nardo Iohannucii Iohannis Buccardi, fratre suo,... prefatus... Andreas... asseruit... habere... medietatem unius petie terrarum... in comuni et pro indiviso cum alia medietate ipsius... prefati Nardi, cum medietate unius griptalie intus in eadem... in comuni... cum alia medietate... dicti Nardi,... in tenimento Mathere, in contrata Serra de Fringillo, iuxta dictam aliam medietatem ipsius Nardi, iuxta terras Iacobi Angeli de Monte, iuxta terra ecclesie sancte Marie de Armeniis et... terras heredum Nicolai de Ricchecza;... et placebat eidem... dictam medietatem... petie terrarum,... cum medietate unius griptalie,... vendere... Qua propter... vendidit... prefato Nardo... predictam medietatem... petie terrarum,... cum medietate unius griptalie predictae,... pro... pretio... tarenorum viginti...

Quod scripsi ego prefatus Nicolaus... notarius... † Ego
Loysius Thomasii Nicolai de Angelo, reginalis qui supra
ad contractus iudex predicta fateor et me subscripssi //
† Signum crucis proprie mee manus Antonii Cicci de
Guercio qui supra testis illicteratus scribere nescientis
† Signum crucis proprie mee manus Nicolai magistri
Ley qui supra testis illicteratus scribere nescientis †
Signum crucis proprie mee manus Paschalis Antonii de
Nello qui supra testis illicteratus † Signum crucis proprie
mee manus Leonis Nicolai magistri Ley qui supra testis
illicteratus scribere nescientis † Ego Valentinus Cicci de
Gactino testor qui supra